Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Chypre du XIIIe au XVe siècle», *BF* 5 (1977), σ. 171, υποσημ. 42 (= Jacoby, *Recherches*, αρ. VI).

76

± 1310-1358. Έγγραφα από τη γραμματεία του Μεγάλου Μαγίστρου της Ρόδου. Ρόδος [λ].

A. Luttrell, *The Town of Rhodes: 1306-1356*, Rhodes 2003, σσ. 226-229, αρ. 4.11· σσ. 231-237, αρ. 4.12· σσ. 238-253, αρ. 5.1.-5.15.

Ο ΜΕΓΑΛΟΣ ΜΑΓΙΣΤΡΟΣ ΤΗΣ ΡΟΔΟΥ ΠΑΡΑΧΩΡΕΙ ΝΑΟ ΣΕ ΟΡΘΟΔΟΞΟ ΙΕΡΕΑ

Ρόδος, 1351, 12 Μαΐου

«Frater Deodatus et.c. dilecto nobis in Christo pape Janni Criquela. Salutem in domino. Propter grata et fidelia seruicia per te nobis et religioni nostre prestita et impensa et que prestare non desistis incessanter volentes tibi facere graciam specialem, ideo ecclesiam nostram uocatam Sancti Ipati cum quadam domo eiusdem contigua, et cum suis aliis iuribus et pertinenciis uniuersis sita in burgo nostro Rodi, confrontata e trasmontana cum domo pape Leonis Triantafilo, et ab omnibus aliis partibus cum viis publicis, tibi tuisque heredibus et successoribus, de voluntate consilio et asensu fratrum et procerum Conuentus nostri Rodi nobis assistencium in hac parte de nostra certa scientia et speciali gracia in emphiteosim perpetuam conferimus concedimus et donamus cum libera potestate de dicta ecclesia et domo faciendi ordinandi et disponendi pro libito uoluntatis, sub annuo tamen canone siue censu quadraginta asperorum de Rodo per te dictosque tuos heredes et successores in festo Sante Marie mensis septembris nobis et dicte nostre domui anno quolibet inffalibilliter soluendorum, laudimio iure prelationis et maiori dominio obis et nostre domui specialiter reseruatis. Mandantes harum serie vniuersis et singulis fratribus domus nostre presentibus et futuris quacumque auctoritate dignitate uel oficio fulgentibus sub uirtute sancte obedience firmiter et districte ne contra presentem nostrum concesionem et donacionem aliquatenus uenire presumant quinymo illam studeant inuiolabiliter obseruare. In cuius rei testimonium bulla nostra plumbea presentibus est appensa.

Data Rodi die duodecima mensis maii»[111].

77

1310-1437. Διατάγματα από το «καπιτουλάριο» των «Δικαστών της Νύκτας». Δικαστική απόφαση. Χάνδακας [λ].

Σ. Θεοτόκης, «Οἱ σκλάβοι εἰς τὸ Βενετικὸν Κράτος», *Ἑλληνικὰ* 6 (1933), σσ. 146-148.[112]

111. σ. 250, αρ. 5.13.

112. Το έγγραφο των σσ. 146-147 υπάρχει και στο E. Barbaro (ed.), *Legislazione Veneta. I Capitolari di Candia*, Venezia 1940, σσ. 74-75. Πρβλ. επίσης λήμμα 112 του παρόντος.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ